



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Reuertitur in Germaniam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

non possit: cum, vbi cetera destituunt, ipsa sibi sit pretio.

Maturandi reditus causa fuit Ratisbonensis conuētus; vbi, si de religione ageretur, quod quidem mouendum in præsens nullo modo censebat Canisius: verum, si prohiberi nõ posset, apud se decretum habebat impiorum conatibus, quo stragem minorem ederent, & operam, & vitam suam opponere. Quippe & bellum quod inter Pontificem, & Regem Philippum in Italia gerebatur, præcipitantem iam in Germania religionem haud leuiter impellebat. In reditu transiens OEniponto surgentem vidit præclari ædificij molem, quod Ferdinandus Rex Societatis Collegio destinabat. Inde progressus Dilingam ad Cardinalem Augustanum, exceptusque fraternis planè animis, quosdam antiquos libros Ratisbonensi conuentui admodum accommodatos, calcho-graphis typis euulgauit. Sub ea Ingolstadianos reuisit socios, & aliquandiu aduersa valetudine conflictatus est. Quæ vbi primum permisit, Ratisbonam recurrit: modesteq; Cardinalis Othonis, qui præiuerat, recusato hospitio, religiosæ simplicitatis studio, & maioris otij causa ad res anima-

*Reuertitur
in Germa-
niam.*

*Ratisbonam
repetit.*